Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35470
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

de manu inimicorum nostrorum liberati:
seruiamus illi In sanctitate et
iustitia coram ipso: omnibus diebus
nostris Et tu puer propheta al-
tissimi vocaberis: preibis enim ante
faciem domini parare vias eius
Ad dandam scientiam salutis ple-
bi eius: in remissionem peccatorum eorum
Per viscera misericordie dei nostri
in quibus visitauit nos oriens ex alto
Illuminare his qui in tenebris et
in umbra mortis sedent: ad dirigen-
dos pedes nostros in viam pacis Glo-
ria patri et Ant Sic deus dilexit mun-
dum ut filium suum unigenitum
daret ut omnis qui credit in ipum no
pereat sed habeat vitam eternam ℣
Domine exaudi orationem meam
℟ clamor meus ad te veniat Oro